

Lectio Epistolæ primæ beāti Páuli apóstoli ad Corinthios
9, 16-19. 22-23

Fratres :

Si evangelizávero, non est mihi glória; necéssitas enim mihi incúmbit; væ enim mihi est si non evangelizávero! Si enim volens hoc ago, mercédem hábeo; si autem invítus, dispensátio mihi crédita est.

Quæ est ergo merces mea? Ut Evangélium prædicans sine sumptu ponam Evangélium, ut non abútar potestáte mea in Evangélio. Nam cum liber essem ex ómnibus, ómnium me servum feci, ut plures luci fácerem.

Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos luci fácerem; ómnibus ómnia factus sum, ut áliquos útique fácerem salvos. Omnia autem fácio propter Evangélium, ut compárticeps eius effíciar.

Verbum Dómini.

PSALMUS RESPONSORIUS

Ps. 93, et 4.& - 8a.8b - 9.10 (R.8a et 9a)

℟. Ecce vénio, Dómine, ut fáciam voluntátem tuam.

- 1 Exspéctans exspectávi Dóminum
et inténdit mihi.
Et immísit in os meum cánticum novum,
carmen Deo nostro. ℟.
- 2 Sacríficium et oblatiónem noluísti,
aures autem fodísti mihi.
Holocáustum et pro peccáto non postulásti,
tunc dixi: «Ecce vénio. ℟.

Die 17 Septembris

S. Alberti, Patriarchæ Hierosolymitani
et legislatoris Ordinis Carmelitarum

Ant. ad introitum

Ios 1.8

Non recédât volúmen legis ab ore tuo; sed meditáberis in
eo diébus et nóctibus, ut custódias et fácias ómnia, quæ
scripta sunt in eo.

Collecta

Deus, qui, Pastor ætérmus,
beátum Albértum episcopum elegísti,
ut oves tuas verbo pásceret, exémplo informáret
ipsámque ánimam pro illis póneret,
fac nos, quaésumus, eádem caritáte flagrántes,
vitam nostram pro frátribus libénter impéndere.
Per Dóminum.

3 In volúmine libri scriptum est de me
fácere voluntátem tuam.
Deus meus, vólui,
et lex tua in præcórdiis meis». R̄.

4 Annuntiávi iustítiam tuam in ecclésia magna;
ecce lábia mea non prohibébo, Dómine, tu scisti. R̄.

ALLELUIA

Io 10, 41

R̄. Alleluia V̄. Ego sum pastor bonus, dicit Dóminus ; et
cognóscō oves meas, et cognóscunt me meæ.
R̄. Allelúia.

EVANGELIUM

«Messis multa, operarii autem pauci»

✠ Lécio sancti Evangélii secúndum Matthæum 9, 35-48

In illo témpore :

Circumíbat Iesus civitátes omnes et castélla, docens in
synagogis eórum et prædicans Evangélium Regni et curans
omnem languórem et omnem infirmitátem. Videns autem tur-
bas, misértus est eis quia erant vexáti et iacéntes sicut oves
non habéntes pastórem.

Tunc dicit discípulis suis: «Messis quidem multa, operá-
rii autem pauci: rogáte ergo Dóminum messis ut mittat ope-
rários in messem suam».

Verbum Dómini.

Super oblata

Múnera quæ reverénter offérimus, Dómine,
fidéles Verbi tui reddant custódes et præcónes
quos dilectiónis tuæ testes in mundo elegísti.
Per Christum.

Ant. ad communionem

Mt 19,27-29

Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis ómnia et secúti
estis me, céntuplum accipiétis et vitam ætérnam possidébitis.

Post communionem

Per huius sacraménti virtútem et beáti Albéрти intercessiónem,
quæsumus, Dómine,
in tui nos iúgiter præsentia serváre dignéris,
ut, die ac nocte in lege tua meditántes
et in oratióibus vigilántes,
ad ætérnum glóriæ tuæ collóquium pertíngere mereámur.
Per Christum.